



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Triapostolatvs Septemtrionis**

**Caesar, Philipp**

**Coloniæ Agrippinæ, 1642**

13. Qualiter Gauthbertus qui & Symon, ad Sueonian[m] peruen[s]ie[n]s,  
honorificè à Rege & à populo susceptus sit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43650**

*Qualiter Gauthbertus, qui & Symon, ad Sueonians  
perueniens, honorifice & à Rege & à popu-  
lo susceptus sit.*

**P**rædictus itaque Gauthbertus, quem ipse consecrans honore Apostolici nominis Symonem vocauit, ad partes veniens Sueonum, honorifice & à Rege Bern vocato, & à populo suscepitus est, cœpitque cum benignolentia & vnanimitate omnium Ecclesiæ inibi fabricare, & publicè Euangelium fidei prædicare. Fiebatque gaudium salutis Christianis, ibidem de Gentibus, & de die in diem numerus credentium augebatur.

## CAPVT XIV.

*Qualiter S. Ansgarius Archi-Episcopus suum strenuè  
implerit officium, & ex paganis pueros ad Seruitium  
Dei redemerit: & Hammaburg à piratis depre-  
data & combusta sit.*

**I**nterim quoque Dominus & Pastor noster in diœcensi sibi commissa, & in partibus Danorum, strenuè suum implebat officium & exemplo bonæ conuersationis multos ad fidei gratiam prouocabat. Cœpit quoque ex genere Danorum atque Slavorum nonnullos emere pueros, aliquos etiam ex captiuitate redimere, quos ad Seruitium Dei educaret. Quorum quosdam hic secum retinuit, quosdam vero ad Cellam prædictam Thurholt nutrien-